



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 18. Hugo Capetus Rex Franciæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Sæculum X.
A. C. 989.

§. XVIII.

Hugo Capetus Rex Franciæ.

Chro. Alber.
986. 987.

In Francia intra paucos annos ingens rerum vicissitudo successerat. Rex Lotharius secunda die Martii anno nongentesimo octogesimo sexto, ætatis quadragesimo quinto, postquam ab obitu parentis sui annis triginta & uno regnasset, ex hac vita decedens, Successorem

quamvis obsequens *Disciplinæ*, Oriens Occidensque servabat Nihil igitur obstabit, quo minus suam sibi quoque servare possit *Ecclesia Ruthena Disciplinam*, adeoque in pane fermentato offerre, dummodo contrariam praxin non improbet *Præcipuæ* tamen hac in parte difficultates evanescent, si sublatis ambagibus res ipsa dilucide & concise proponatur. Docemus imprimis *Episcopos jure Divino Successores esse Apostolorum & Christi Vicarios: Romanumque Pontificem*, qui legitimus est *S. Petri Successor*, jure itidem *Divino primum Episcoporum esse ac primum Christi Vicarium*, eoque nomine unitatis centrum ac *Communions visibile vinculum: ex quo habet Apostolica ejus Sedes potentio- rem Principalitatem*, ut loquitur *S. Irenæus*, quam quælibet alia singulatim *Sedes* . . . Quid demum obesset, quo minus *Russi cum Latinis in concordiam adducerentur?* num illorum de *processione Spiritus S. sententia?* . . . primum quidem *profitetur Ecclesia Ruthena Spiritum*

rem reliquit Ludovicum filium, annos ^{Sæculum X.} ferme octodecim natum, qui post quin- ^{A. C. 989.} decim mensium Regnum secunda Junii anno nongentesimo octogesimo septimo improlis obiit. Eum Ludovicum inertem dixerunt, quod nihil memoratu dignum gesserit. Superstes vero erat Ludovici patruus, nomine Carolus, Ludovici Ultramarini filius, ad quem Regnum Franciæ jure sanguinis & ^{Chro. Virg.} hæreditatis spectabat. Sed invisum se ^{p. 137.} fece-

ritum S. procedere a Patre per Filium; Latina vero Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere. Extat hæc utraque loquendi ratio apud Sanctos Patres, quorum Auctoritatem Ecclesia utraque reveretur. Observant SS, Basilus M. & c. Gregorius Theologus, unum quid & idem sonare ista duo & sic DE & PER unde prædictas locutiones in eandem plane sententiam concurrere docent insigniores Theologi. In prima pagina hujus Libelli legitur: Quibus responsum (nempe Doctoribus Sorbonæ) dedit humanissimus Imperator, intercedere quidem inter utramque Ecclesiam aliquot dissensionis capita, quorum duo indicavit: suum vero non esse lites istas componere, ut qui homo sit studiis rei militaris, variisque regni regendi occupationibus deditus. Ceterum si cum Ecclesiæ suæ Episcopis rem scripto conferre voluerint Doctores Sorbonici, facturum se auctoritate sua, ut illos ad rescribendum adducat.

Sed nihil factum.

Hist. Eccles. Tom. XIII. R r

Sæculum X. fecerat Optimatibus, quod relicta Fran-
A. C. 988. cia Ottoni Imperatori ab obsequiis esset.

Sup. l. LIV. Itaque Regem salutant Hugonem Cape-
§. 17. tum, Comitem Parisiensem, Hugonis Ma-
 gni filium, nepotem Roberti, qui Caroli
 Simplicis ætate regnaverat, & Roberti
 Fortis pronepotem. Ita in Francia Stirps
 Regum secunda imperare desiit, & ter-
 tia Solium conscendit, quod hodieque
 obtinet. (*) Hugo Capetus annos vi-
 tæ circiter quadraginta septem numera-
 bat, cum Novioduni Rex electus, atque
 Remis tertia Julii anno 987. ab Adal-
 berone Archiepiscopo consecratus est.
 Regnavit vero annis decem. Prima Ja-
 nuarii anno sequente 988. Filium quo-
 que suum Robertum, octodecim anno-
 rum juvenem, coronari jussit, quo ei Re-
 gnum assereret.

§. XIX.

(*) Unde inter omnes Regales Familias in Eu-
 ropa Reges Franciæ antiquitatis prærogativa gau-
 dent. Ceterum si Franci ad jus sanguinis respi-
 cere voluissent, haud dubie ad Carolum Regis
 Lotharii Fratrem Successio spectabat. Sed nem-
 pe totius Nationis consensu Caroli Magni poste-
 ri, primum a Germanis & deinde a Francs Oe-
 cidentalibus Regno exuti sunt, eo modo, quo
 Pipinus Caroli Magni parens, Reges ex linea Me-
 rovingica originem ducentes, deturbaverat.
 Fleur. Lib. XLIII. §. I.